



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 15. Ad quid teneatur, qui est causa damni, non totius sed tantum
majoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

Quod autem dictum est de custodibus nemorum, valet etiam de aliis, v. g. de apparitoribus, qui inveniunt noctu gestantes arma contra prohibitionem poenalem; item de illis, qui permittunt defraudari gabellas & telonia: ad quid autem teneantur, qui per mendacium negant propria delicta aut aliena, vel qui per fraudem dissimulant, aut non condemnant ad poenam lege impositam, sicque fiscum privant ejusmodi multâ, dicetur à n. 82.

49 *Q. 14. Ad quid teneatur Cajus, qui est quidem causa damni, tamen quamvis ipse non fuisset causa, idem damnum ab alio fuisset causatum.* *Rq.* Tenetur ad totum compensandum, ita *Caj. Sot. Mol. Vasq. Less.* l. 2. c. 13. n. 2. *Lugo* d. 19. n. 6. *Fls.* t. 4. d. 3. n. 177. aliquique contra *Nav. Silv. Palud.* & alios. Ratio est 1. quia est efficax causa damni illati: 2. Si ipse non teneretur, fieri posset, ut nemo teneretur, quia de unoquoque cooperatore potest esse verum, quod si ipse non intulisset, alter intulisset: itaque sicuti quis alter, qui intulisset, contraxisset obligationem restituendi, ita contraxit *Cajus* reliquos præveniendo. Rectè tamen notant *Laym. & Burgh.* cent. 2. cas. 69., eum, qui v. g. tenet scalas, si sine eo subsidio nihilominus à fure illatum fuisset damnum, non teneri ad restitutionem, quia tantum est causa modi, v. g. quod facilius vel celerius furaretur.

50 *Q. 15. Ad quid teneatur, qui est causa damni, non totius, sed tantum majoris.* *Rq.* Tenetur restituere illum tantum excessum, cuius est causa, v. g. qui alicui causaturo damnum 10. aureorum, auctor est, ut causet damnum 15. aureorum, tenetur tantum hos quinque restituere, quia non fuit causa

causa efficax totius damni , sed tantumdamni
horum quinque , quod erat divisibile à danno
reliquorum, ita Mol. d. 736. n. 2. Bonac. de Restit.
d. 1. q. 2. p. 7. Lef. n. 6. Lugo n. 4.

*Q. 16. Ad quid teneatur Confessarius temere de- 51
obligans pénitentem à restituione. Rz. Hoc resolve-
tur de Pœnit. c. 2. dub. 6.*

*Q. 17. An etiam ille teneatur restituere, qui du-
bitat, an efficaciter sit cooperatus danno. Rz. Hoc di-
cendum n. 574.*

D V B I V M III.

*An supradicti teneantur singuli restituere in
solidum, & quo ordine.*

REsp. Cùm plures damnificantes, vel seorsim⁵²
singuli rem suam agere possint, vel conjun-⁵²
ctim, atque alii aliis plus minusve in damnum⁵²
influere, hinc ex tali ordine & mensura influxus⁵²
ordo & mensura restitutionis desumenda est.⁵²
Ita comm. Doct. Unde resolvet,

I. Si plures absque consensu, quisque per se⁵²
seorsim, & casu concurrant ad damnum, singuli⁵²
non plus tenentur restituere, quàm quod quis-⁵²
que per se damni intulit. Lay. l. 3. tr. 2. c. 6. ⁵²

II. Si plures cum consensu, & invicem juvan-⁵²
tes, id fecerunt, singuli in solidum tenentur re-⁵²
stituere totum damnum, quia singuli sunt cau-⁵²
sa totius damni , cùm unus juvet alterum , &⁵²
procedat ex confidentia, quam habet in auxilio⁵²
aliorum: Unde si unus eorum restitutionem fe-⁵²
cit , potest à reliquis, nimirum à principalium to-⁵²
tum;